Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tuces protector meus Et ne cantabo mea sp tacui pdigu
facti sui multis et tu adiutor fortis Repleat os meum
laude ut cantem gliam tuam tota die magnitudinem tuam Ne
projicias me in tempore senectutis cum defecerit virtus mea
ne delinquas me Quia dixerunt inimici mei mihi et qui cus
todiebant animam meam consilium fecerunt in unum Dicentes
deus deliquit eum persequimini et comprehendite eum quia non est qui eri
piat Deus ne elongeris a me deus meus in auxilium meum
respice Confundantur et deficiant detrahentes anime mee oper
iantur confusione et pudore qui querunt mala mihi Ego au
tem sperabo et adiciam super omnem laudem tuam Os meum
annuntiabit iustitiam tuam tota die salutare tuum Quoniam
non cognovi litteraturam introibo in potentiam domini domine
memorabor iustitie tue solius Deus docuisti me ex
iuventute mea et usque nunc pnuntiabo mirabilia tua
Et usque in senectam et senium deus ne delinquas me donec an
nuntiem brachium tuum generationi omni que venture est potentiam
tuam et iustitiam tuam deus usque in altissima que fecisti magna
lia deus quis similis tibi Quantas ostendisti mihi tribu
lationes multas et malas et iterum vivificasti me et
de abyssis terre iterum reduxisti me Multiplicasti mag
nificentiam tuam et iterum consolatus es me Nam et ego
confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam deus psallam tibi
in cytharam sanctus israel Exultabunt labia mea cum can
tauero tibi et anima mea quam redemisti Sed et lingua
mea meditabitur iustitiam tuam tuam cum confusi et reuerciti fuerunt
qui querunt mala mihi Gloria patri et filio et spiritui sancto: Psalmus
Deus iudicium tuum regi da et iustitiam tuam filio regis
Iudicare populum tuum in iustitia et pauperes tuos
in iudicio Suscipiant montes pacem populo et colles ius
titiam Iudicabit pauperes populi et salvos faciet fi